Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26327
Copyright: Admont, Benediktinerstift



lictis concepit me mater mea. Et beatus iob. Si fuero iustus.
os meū impia loquet̄. Et si sine crimine. prauus inueniar.
Et si purificatus in niue & lotus mundis manib; satis me sorde
tinxisti. & execratū est me uestimētum meū. Uerū ne penit⁹
desperemus arbitrantes nos post peccata baptismi n̄ posse
saluari. statim hoc ipsū temperat. Et si quis peccauerit. ad
uocatum habemus apud patrē ihm xp̄m iustū. & ipse est
ꝓpitiatio ꝓ peccatis nr̄is. Non ꝓ nr̄is aut̄ tantū. sed & iā ꝓ
totius mundi. Hoc ad credentes post baptisma loquit̄. & ad
uocatū ꝓ delictis eorū dn̄m pollicetur. Nec dicit si quid pec
caueritis aduocatū habetis apud patrē xp̄m. & ipse ē ꝓpi
tiatio ꝓ peccatis ur̄is. ne eos diceres non plena fide baptis
mum consecutos. sed aduocatū inquit habem⁹ apud patrē.
& ipse ē ꝓpitiatio ꝓ peccatis nr̄is. Et n̄ solū ꝓ iohannis illoꝝq;
peccatis. sed & iā ꝓ toti⁹ mundi. In toto aut̄ mundo & apti
sunt omnesq; credentes. ex quib; liquido cōꝓbatur. post bab
tisma posse peccare. Frustra enī aduocatū habem⁹ ihm
xp̄m. si peccari n̄ potest. Petrus apl̄s ad quē dictū fuerat
qui lotus ē n̄ habet necesse ut iterū lauet. & tu es petrus.
& sup hanc petrā edificabo ecclam meā. ab ancilla ꝑterrit⁹
negat. Et ipse dn̄s. Simon simon. ecce inqd satanas postula
uit uos ut cribaret quasi triticū. ego aut̄ rogaui ꝓte. ne
deficeret fides tua. Et in eodē loco. Vigilate & orate. ne in
tretis intēptationē. Sp̄s quidem ꝓmptus ē. sed caro infirma.
Qd̄ si ante crucē dictū responderis. certe post crucē in oratio
ne dominica dicim⁹. Dimitte nob̄ debita nr̄a. sic & nos
dimisim⁹ debitorib; nr̄is. & ne nos inducas intēptationē.
s̄ libera nos a malo. Si n̄ peccam⁹ p⁹ baptisma. cur nob̄ posci
mus peccata dimitti. quę in baptismate iā dimissa sunt.